

Libet

ctando que sunt infra ipsam. Diligere porro seipam nō posset: si se omnino nesciret: id est si sui nō meminisset: nec se intelligeret: qz in se imagine dei tam potēs est: vt ei cuius imago est valeat inherere. Sic em̄ ordinata ē naturarū ordine: nō locoꝝ: vt supra illam nō sit nisi ille. Deniqz cum illi penitus adhererit: vnus erit spūs. Cui rei attestat ap̄ls dicēs. Qui autē adhereret dño vnus spūs est. **Accedente** q̄ppe ista ad p̄cipitationē nature veritatis et beatitudinis illius: non tñ crescente illo in natura: veritate et beatitudine sua. In illa itaqz naturat cui feliciter adhererit: imutabiliter viuet et imutabile videbit omne qd̄ viderit. Tūc sicut ei diuina scriptura p̄mittit: satiabit̄ in bonis desiderii eius: bonis imutabilib⁹: ipsa trinitate deo suo cuius imago est: et ne vsp̄ia viles erit in abscondito vultus eius: tāta vbertate eius impleta: vt eam nūqz peccare delectet. Seipam vō nunc qm̄ videt: nō aliqd̄ imutabile videt.

De mutabilitate mentis humane qua fit: vt sicut misera facta est ex beata: ita beata possit esse ex misera. **Ca. XV.**

Quod ideo certe nō dubitat qm̄ misera est: et beata esse desiderat. Nec ob aliud fieri sperat hoc posse: nisi quia est mutabilis. Nam si mutabilis nō esset: sicut ex beata vita misera: sic ex misera beata esse nō posset. Et quid eā fecisset miserā: sub omnipotente et bono dño: nisi peccatū suum: et iusticia dñi sui. Et quid eā faciet beatam: nisi meritū suū et p̄miū dñi sui. Sed et meritū eius gratia est illius: cuius p̄miū erit beatitudo eius. Iusticiā quippe dare sibi nō potest: quā pditaz nō habet. Hanc em̄ cū hō condereē accepit: et peccādo vtiqz pdidit. Accepit ergo iusticiā: p̄ quā beatitudinē accipere mereret. Unde veraciter ei dicit̄ ab ap̄lo: quasi de suo bono sup̄bire incipienti. Quid em̄ habes qd̄ nō accepisti. Si autē accepisti qd̄ gl̄iaris quasi nō accepisti. Quā autē bene recordat̄ dñi sui: spūs eius accepto sentit oīno: quia hoc discit: intimo magisterio: non nisi ei⁹ gratuito affectu posse se surgere: nō nisi suo volūtario defectu cadere potuisse. Non sane reminiscitur beatitudinis sue: fuit quippe illa et nō est: eiusqz ista penitus oblita est: ideoqz nec cōmemorari potest. Credit autē de illa fidedignis litteris dei sui pei⁹ p̄phetā p̄scriptis narrātibus de felicitate paradisi: atqz illud p̄miū et bonū hoīs et malū hystorica traditione indicātibus: dñi autē dei sui reminiscit̄. Ille quippe semp est: nec fuit et nō est: nec est et nō fuit: sed sicut nūqz nō erit: ita

nūqz nō erat: et vbiqz totus est. Propter qd̄ ista in illo et viuit et mouet: et est: et ideo reminisci eius potest. Non quia hoc recordat̄ quod eū nouerat in adam: aut alibi alicubi ante huius corpis vitam. Aut cum primū facta est vt insereret̄ huic corpori. Nihil eni hoꝝ omnino reminiscit̄. Quicquid hoꝝ est: obliuione delatum est. Sed cum memorat̄ vt conuertat̄ ad dñm tanqz ad eam lucem qua iam cum ab illo auerteret̄: quodāmodo tangebāt. Nam hinc est q̄ etiam impij cogitant eternitatem: et mēta recte reprehendunt recteqz laudant in hoīm moribus. Quibus ea tandē regulis indicant nisi in quibus vident: quēadmodū quisqz viuere debeat: etiam si nec ipsi eodem modo viuunt: vbi eas vident. Neqz ei in sua natura cū p̄culdubio mente ista videant̄: eozqz mētes cōstet esse mutabiles: has vero regulas imutabiles videat quisqz in eis et hoc videre poterit. Nec in habitu sue mentis cū ille regule sint iusticie: mentes vō eoz constet esse iniustas. Vbi nam sunt iste regule scripte: vbi qd̄ sit iustum: et iniustus agnoscat vbi cernit habēduz esse quod ipse nō habet. Vbi ergo scripte sunt: nisi in libro lucis illius que veritas dicit̄ vnde omnis lex iusta describit̄: et in cor: hoīs q̄ operat̄ iusticiam: nō migrando sed tanqz imp̄mendo transferit̄: sicut imago ex anulo et in ceram trāsfit: et anulum nō relinquit. Qui vō nō operat̄: et tamen videt quod operandū sit: ipse est qui ab illa luce auertit̄: a qua tamen tangit̄. Qui autē nec videt quēadmodū sit viuendū: excusabilis quidem peccat: quia non est transgressor: cognite legis. Sed etiā ipse splendore aliquoties vbiqz p̄sentis veritatis attingitur: qm̄ admonitus p̄fiteretur.

De reformatione mentis ad imaginē dei: et quot modis spūs appellatio diuersis assignetur naturis. **Ca. XVI.**

Via vō cōmemorati cōuertuntur ad dñm: ab ea deoformitate qua per cupiditates seculares cōformabant̄ huic seculo reformant̄ ex illo: audientes ap̄lm dicentem. Nolite p̄formari huic seculo: s̄ reformamini in nouitate mētis vestre: vt incipiat illa imago ab illo reformari a quo formata est. Nō enī reformare seipam potest: sicut potuit deoformari. Dicit etiam alibi. Renouami spūs mentis vestre: et induite nouū hominē: eum qui fm̄ deum creatus est: in iusticia et sanctitate veritatis. Quā ait: fm̄ deum creatū: hoc alio loco dicit̄ ad imaginē dei. Sed peccando iusticiam et sanctitatem veritatis amisit: p̄pter quod hec imago deoformis et decolor: facta est:

1. Cor. 6.

1. Cor. 4.

Act. 17.

Rom. 12.

Ep̄. 4.

Gen. 1.